poſt delictum prǽſumitur particeps criminis, & poterit torqueri, niſi receptatus fuerit recipientis conſanguineus, uel aliqua alia iuſta cauſa probaretur, quæ tollat iſtam præſumptionem. Franc.Caſon.in tract.de indic.tract.6.num.4.ſed.de hoc uide omnino Maſcard.de prob.concluſ.1258. ubi plenè receptans delinquentem, an & quando delicti particeps præſumatur.

dicimus, quod receptatores tenetur f eadem pęna, qua ipſimet fures, & videtur tex. in l. eos, C. de furt. Et dicit Bald.in ead.l. eos quòd vidit, quòd vna mulier fuit ſuſpenſa, quæ præſtabat furibus domum, & in ea receptabat res furatas: & illum refert Auguſt. ad Angel. de maleſic. in verbo, Et veſtem cęleſtem, poſt num.21.& in verbo, Dicto maleficio ſemper aſtitit, poſt num.23. g Pro defenſione tamen eius, qui imputatus ſit receptaſſe res furatas, videri poſſunt ea, quæ in facti contingentia ſcripſit Bal. conſ.410. lib.2. & conſil.48. libr.3.& conſil.382.nume.8. & ſeq.lib.5.Rimin.conſil.80. Rolan.conſ.45.in 1.dub.lib.1.

55 Item † adde, quòd ſtatuta, ſiue proclamata prohibentia bannitos receptari, comprendunt etiam receptantes bannitos, qui deliquerunt extra territorium proclamantis, ſecūdum Rimin. iun. in dicto conſil. 27. per totum uolum.1. *Baiar.*

f *Eadem pęna.*] Fallit, ſi ſine culpa, & coactè facit, ſecundum Soc. conſ.90. num.9. vol.3. Item ſi ſcienter receptat ſine aliquo lucro, uel ſpe lucri, non tenetur ſtatuto de furtis ſecundum Crauet.conſ.18.num. 22.Marſil.conſ.53.num.30.vol.1. Item fallit in recipiente, & non abſcondente; recipere enim dicitur, quando furem, uel rem furatam abſcondit; Bart.in l.1.ff.de ſeruo corrupt. *Guiot.*

g *Pro defenſione tamen.*] Idem adde, quod cum differat, an quis ſciat rem eſſe alienam, an uerò ſciat rem eſſe furtiuā (eſt enim inter dictos caſus magna differentia, ut per Iaſ. in §. ſed iſtę num.84 Inſtit.de actio.) hæc erit alia cauſa defenſionis: Nec ſufficit rem aliquam fuiſſe repertam ad hoc ut præſumatur fur, niſi aliàs ſit malæ uocis, conditionis, & famæ, ſupra in §.furtum, uerſic. ſed nunquid ille; quid autem ſi quis repertus fuerit in aliqua domo, in qua confiteatur habuiſſe animum furandi; Vide Boer.in addit.ad Dyn.in regula nemo poteſt lit.A.de reg.iur.in 6 Menoch.de arbit.iud.lib.2. cent.4. caſ.390.num.62. Adde pro defenſione receptatoris, quòd inter alia, ſi non participat de lucro, non punitur; Hippol.Rim. inter conſ.crim.diuerſ conſ.106 a num.4.cum ſeqq. part.1.& ibidem, num.9.atteſtatur receptatorem minus ſemper puniri, quam fur ipſe. *Drog.*

56 g *Pro defenſione.*] Adde, † quòd aliud eſt receptare aliud pati, ut res illata eo abſente in domo remaneat; Anguſſ. in conſ.19.num.7.lib.1.& Bald.in conſ.250.num.10.vol.1. dicit eum, qui non recepit ab aliquo, ſed reperit in domo, non dici receptatorem.

57 Item † adde, quòd brobatio per iuramentum accuſatoris ſuper quantitate rerum ablatarum non admittitur, ubi agitur contra tertium, qui pro delinquente poſſet teneri. Bart. in leg. ſemper § hoc interdicto.ff quod ui, aut clam. & idem Anguſſ.

58 in d.conſ.19.in fine, & ibi diſpuiat, † an receptans unam rem furatam ex pluribus rebus derobatis, poſſet teneri ad reſtitutionem eorum, quæ non receptauit, & hanc partem, quòd iuramentum accuſatoris non attendatur, quando non agitur contra delinquentem, ſed contra tertium, qui teneatur pro eo, uelut contra uillam, ſeu uniuerſitatem pro delicto commiſſo in eius territorio, uel contra dominum pro famulo, ſeu patrem pro filio, ſed debent teſtibus, aut inſtrumentis omnia probari, tradit Plot.in finitos allegando, & hanc communem aſſerendo eſſe, in l.ſi quando num.758 C.unde ui.num.ſeq. infert iuramentum non operari contra fideiuſſores tutorum, uel curatorum, licet ualeret contra ipſos principales, ubi, & ad hanc partem ponit ſalentias, ut uideri poteſt.

59 Item † adde Marſil.in conſil.53.num.59.& Port. in conſil. 206.ubi tenent cum alijs, quòd receptans ſcienter rem furatā ſine lucro, uel ſpe lucri, non committit furtū nec debet puniri eadem pęna & idem tenuit Caſſan.ſuper.conſuet.Burg.fol.152 num.10.ubi poſt Marſ.in d. conſ.53. & in conſ.47. hanc queſtionē latè examinauit ſecus uero in receptante furem, ſiue latronem, ut ibi per eum: ſed Peguer. in q. crim. c. 25. atteſtatur, deciſum fuiſſe in conſilio Regio Cathaloniæ, quòd receptatores rerū furatarum ſcienter ſunt puniendi, uti fures, & eadem pęna, qua principales delinqnentes, & hanc deciſionem arbitror eſſe ueriſſimam.

Item adde, quòd recipiens ſcienter rem furto ſubtractam a filiofamil.patri, non tenetur aliqua pęna, ſi pater ſciuerit filium ſibi furari, & permiſerit, ita egregiè conſuluit Rim. iun. in conſ.106 uol.1.inter conſ. crim. diuerſ. paruæ impreſſ. ubi tenuit etiam in princip. quòd uicini, qui receptant res furatas a filijs, & ab uxore, marito, & patribus furantibus, tenentur pęna furti.

60 Item † adde quòd ſtatutum puniens opem; ſicut furem, locum non habet in receptatore rei furtiuæ. Rimin.iun. in conſ. 106 numer.12.tomo primo, conſil.criminal. diuerſor. paruæ impreſſ.

61 Item † adde, quòd Barones, ſeu eorum officiales, qui de ipſorum conſenſu abutuntur iuriſdictione, receptando latrones publicos, homicidas, incendiarios, & alios facinoroſos homines, poſſunt per Regem, ſiue Principem iuriſdictionalibus priuari. Lud.a Peguera in quæſt.crim.capit.36. Et in Regno Neap.adeſt pragmatic.Caroli V.quæ eſt prima ſub titul.de re-

63 ceptatorib.qua prouiſum fuit, quòd † Barones malefactores receptantes, pęnam indignationis Regiæ Maieſt. incurrant, & auri unciarum mille, & aliam pęnam pecuniariam arbitrio imponendam. Poſſunt etiam ſubditi Rom. Eccl. ex diſpoſitione Sum.Pont.Nam Iulius II.diſtrictè præcipiendo mandauit uniuerſis, & ſingulis tam laicis, quam Eccleſiaſticis cuiuſcumq.&c.Ducibus quoq; Comitibus, Boronibus, domicelijs, nec non Communitatibus, & Ciuitatibus Eccl.Ro.mediatè, uel immediatè ſubiectis, ne homicidas, bannitos, exules, & rebelles, aut pro alio capitali crimine condemnatos, & alios etiam, de quibus in dicto decreto &c.in eorum domnibus, ſeu caſtris, vel locis reciperent, uel receptare præſumerent ſub incurſu excommunicationis maioris, & anathematis, a quib. niſi à Summ. Pontif. & in articulo mortis abſolui poſſint, cum priuatione priuilegiorum, gratiarum, iudultorum &c. Ciuitatum, caſtrorum, feudorum, & conceſſionum. &c. cum confiſcatione eorundem Cameræ Apoſt. Bulla quinta, quia approbauit Leo X. conſtitut.31. Clem. VII.conſtitut. ſexta, Pius IV. conſtitut. 30. Pius V. conſtitut. 13 Gregor. XIII. conſtit.66. *Baiard.*

QVÆSTIO XCI.

Et an ex ſola cogitatione quis puniatur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Cogitatio an ſit aliquo caſu punibilis.*
2 *Tractatus de delicto committendo an ſit puniendus.*

Ex Additionibus.

4 *Cogitationis pęnam nemo patitur.*
Et quid ſi ſit verbis expreſſa. ibid.
2 *Dicens ſe velle Regem occidere, ſi aliud non fecit, nō tenetur Niſi hoc cum pluribus dixiſſet faciendo coniurationem, ibid.*
3 *Amplia, ut non teneatur, ēt ſi ſolus ſecum dixiſſet, et iuraſſet.*
4 *Cogitatio cum aliquo facto extrinſeco concurrente pænitentia non punitur.*
5 *Pœnitentia in occultis præſumitur.*
6 *Cogitatio quomodo probetur, remiſſiue.*

ADDI-

ADDITIONES,
Ad Quæſt. XCII.

1 a Quæro nunquid ex ſola cogitatione] Adde † Andr.de Iſer. in c.1.§.ſi voluerit, de capit.qui Cur.vend. ſingulariter, vbi dicit, quod indiſtinctè pœna aliquid non punitur cogitatio, & pari modo ſi ipſa cogitatio ſit verbis expreſſa, quia verbum eſt ipſa cogitatio, & vox, ſonus, & iudex cogitationis; citat Auguſtinū de percuſſore; non enim poſſet ſciri, quòd quis cogitauerit, niſi quia ipſe dixit, ſic dicit probari talē cogitationem turpē, quia ipſe hoc dixit: ex quo ip-

2 ſe † infert, quòd licet quis dixerit, ſe velle occidere Regem, ſi aliud non fecit, nec laborauit, vt faceret, non ex hoc punitur, niſi hoc dixiſſet cum pluribus faciendo coniurationem.

3 Item adde, † quod ſi quis ſolus dixerit, & iuratus fuerit, quod vult committere delictum contra Regem, & nihil aliud fecerit, non punitur illa cogitatio, ſiue affectus; ſecus ſi cum alio dixiſſet, Afflictus in conſtitutione aſperitatem num.2 fol.48.

4 Item † adde, quod cogitans cum aliquo facto intrinſeco, ſed antequam ad actus proximiores procederet, ſe pœnituit, non punitur, vt per Menochium de arbitr.iud.caſ.170. num.

5 9.& † pęnitentia præſumitur, quando delictum nō eſt manifeſtum, quia in occultis ſine probatione præſumitur eum pęnituiſſe, vt per Specul.in tit.de teſtam.num.24.& de cogitatione, & an puniri poſſit, vide Capr.cōmun.concl.regul.66. per totum, & quomodo co-

6 gitatio † probetur, vide Maſcardum de probationibus, concluſione 309. *Baiard.*

b *Quis non punitnr.*] Et plura apud Decian.tractat.crim.tom.2.libro 9. cap.28. *Roſſ.*

c *Exemplum in hæreſi.*] Supr. q.55. verſ.qūo autem in princ. *Drogh.*

d *Sed pone.*] Farinac. volum.5.ſuę prax.quęſt. 124.par.2. nu.35 & 36. & generalite quādo pęnitentia in delictis proſit, idem Farin.q.124 par.3. num.150.vol.5. *Roſſ.*

QVÆST. XCI.

1 *QVÆRO, a Numquid ex ſola cogitatione aliquis puniatur. Reſpondeo, regulariter, ꝙ non, vt eſt tex. in l. cogitationis, ff. de pænis, & eſt commun. opin. vt dicit Bolen. in repet. l. capitalium, §. famoſos, num. 79. & ſeq. ff. de pænis. Et hæc quidem concluſio de iure ciuili nullam habet difficultatem, nam ex ſola cogitatione b quis non punitur, neque etiam in crimine læſæ Maieſtatis, niſi ad aliquē actum exteriorem proceſſum fuerit, vt voluit gl. in l. quiſquis, in verbo, eadem enim, C. ad leg. Iul. maieſt. quā omnes ſcribentes ſequuntur, vt dicit Foller. in pract. crimin. f. 396. nu. 70. De iure tamen canonico ſecus eſt nam in aliquibus caſibus etiam ex ſola cogitatione quis punitur. Et poteſt poni c exemplū in hęreſi, nam cum illud delictum ſola mentis cogitatione perficiatur, ſolent inquiſitores puniri etiam hæreticum in mente, vt dicit Bald. in l. ſi quis non dicam rapere, poſt num. 1. verſ. & cler. venio ad oppoſitionem, C. de epiſc. & cler.*

2 *Sed d pone, quòd quis non ſteterit in meris terminis cogationis, ſed vlterius etiam proceſſerit ad tractatum cum aliquo de ipſo maleficio committendo, nunquid poterit de tali tractatu puniri? Vide, quæ dixi ſupra q. 38. verſ. vidi aliquando.*

QVÆST. XCII.

An effectus, ſiue conatus ad delinquendum puniri debeat, etiam ſi delictum conſummatum non fuerit.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Affectus, conatus, vel attentatum an puniri debeat, perinde ac ſi ſecutus eſſet effectus.*
2 *Et quid in attrociſſimis.*
3 *Et quid ſi non fuerit deuentum ad actum proximum.*

Ex Additionibus.

*1 *Affectus quomodo dicatur puniri ſicut effectus.*
1 *Conatus quid ſit, & quando puniatur, remiſſ.*
2 *Amplectens domicellam inuitam in publica via quomodo puniatur.*
*2 *Senatus eſt loco Principis.*
3 *Actus proximis quando ſit puniendus.*
4 *Aſſaſſinus ſolitus committere aſſaſſinia poteſt puniri ex ſolo conatu.*
5 *Conatus in delictis leuibus non eſt conſideraudus.*
6 *Actus proximus quando dicatur.*
7 *Conatus de generali conſuetudine an ſit puniendus.*

ADDITIONES
Ad Quæſt. XCII.

a Quæro nunquid conatus.] Affectum non puniri effectu non ſecuto, dixit ſupra §. Homicidium, verſiculo vltimo quæro. At in propoſito præſentis quæſtionis dixit Menochius in Tractatu de arbitr. iudic.lib. 2. caſu 360. ſupr. in §. fornicatio, verſiculo finali. Et nota, quòd ius commune, de quo hic dicitur, confert cum iure Diuino; vnde Diuus Auguſtinus libro 16. capitulo quarto ad finem, de Ciuitate Dei, loquens de ædificationibus Turris Babiloniæ, ait; Meritò autem malus punitur affectus, etiam cui non ſuccedit effectus: Intelligi-

*1 tur tamen † affectum puniri etiam non ſecuto effectu, videlicet eadem lege, non autem eadem pæna: Grammat. deciſione ſecunda, numer.22. Quod tamen non puto verum per ea, quæ paulò poſt dixit idem Grammat. deciſione ſexta, numero duodecimo.

Nam ſi ſatis eſt dicere in ſententia crimen fuiſſe attētatū ad hoc, vt quis pro affectu veniat puniendus, quia tunc ſubintelligitur impoſita pęna affectus, vt ibidem; quomodo tunc diſtinguemus pęnam à lege? Vide tamen Dominum Petrum de Sanceno inter conſilia criminalia diuerſorum, conſilio 98. ſub numero ſexto, volumine 1.gloſ.in l.1.in verbo latrones, ff.de recept. Iaſ.in l.vnica numero 2. ad fin C.vt omnes iudic. vbi dicitur committt crimen læſæ maieſtatis, & tamen pęna ibidem eſt pecuniaria: Vide Baldum in l.ſi veteris, in fine, C. de fide inſtrumentorum, ſed latius, & diffuſius vide Catal. de Boncompagnis inter conſilia criminalia, conſilio quinquageſimoquinto per totum maximè, numero quinto, volumine 1. *Drogh.*

Quæro nunquid conatus.] Conatus eſt minus quam factū; vide Dec.tract.crim.tom.2.lib.9.c.29.in princip.vide Peguer. deciſ.7.num.13. *Roſſ.*

1 *Quæro nunquid conatus.*] Adde Menoch. † de arbitr.iudic. caſ.360.

QVÆST. XCII.

1 *QVæro, a nunquid conatus, ſiue attentatum ad delictum committendum debeat puniri, etiam ſi non ſit ſecutus effectus.*

Reſp.[b] quòd de iure communi punitur affectus,[c] & conatus ad delinquendum, etiam ſi non ſequatur delictum. Et eſt communis opn. vt dicit Io. de Lignano conſ. 20. num. 15. inter conſ. crim. diuerſ. lib. 1. tamen de generali conſuetudine non punitur affectus, neq; conatus, ſiue attentatum, niſi ſequatur effectus; prout de hac generali conſuetudine atteſtatur Spec in tit. de accuſatore, §. 1. nu. 7. in fi. quem refert Alex. conſ. 15. poſt nu 2. lib. 1. & conſ. 140. nu. 2. lib. 2. & Corſ. in repertorio Abb. in verbo, Affectus, & Iaſ. in l. 1. §. fi. in fin. ff. quod quiſque iur. & Boer. deciſ. 316. nu. 3. & Carer. in pract. fol. 186. nu. 8. & Bertran. conſ. 169. nu. 1. lib. 3. in 1. par. & conſ. 31. nu. 3. eod. vol. & conſ. 10. num. 8. & 9. lib. 6. & conſ. 228. nu. 6. lib. 7. De hac etiam generali conſuetudine Italiæ atteſtatur, Gand. de malef. in tit. de rebus non portan. circa fi. Bald. conſ. 361. in fi. lib. 1. & conſ. 443. num. 3. lib. 3. & l. is qui cum telo, C. ad leg. Corn. de ſicarijs, quem refert Bolenc. in repet l. capitalium, §. famoſos, nu. 75. ff. de pœnis. Ang. in d. l. 1. §. fin. nu. 3. conſ. 14. num. 3. vbi dicit, quod iſta conſuetudo eſt approbata per totum mundum, quem refert Maranta in ſuo Spec. fol. 26. nu. 54. Fulg. conſ. 149. poſt num. 4. verſ. ſupereſt de tertio, Catald. de ſynd. q. 198. vbi ſubdit, quod cum hæc ſit generalis conſuetudo, non indiget probatione, Aug. ad. Ang. de malef. in verb. Et ex interuallo, poſt num. 16. & in verb. Vna alia percuſſione, poſt nu. 5. et in verb. Sempronium, num. 4. quem refert Gram. deciſ. 2. num. 8. referens ita fuiſſe[d] iudicatum in cauſa veneni; Petrus de Socin. inter conſ. crimin. diuerſ. conſ. 98. num. 10. lib. 1. Marſ. conſ. 51. num. 14. Boer. deciſ. 316. nu. 3. Rim. conſ 281. in fi. Igneus, in l. et ſi certus, §. ſi vnus, nn. 63. ff. ad Sylle. Gomeſ. in §. item ſi quis, poſt num. 29. Inſtit. de actio. Afflict. ſuper 1. parte conſtitut. Regni, rubr. 41. in princ. num. 6. & ſuper 1. par. rubr. 11. num 2. vbi loquitur etiã in attrociſſimis Didacus in repe. Clem. ſi furioſus, f. 381. nu. 11. de homicidio. Foller. in pract. crim. cano. f. 235. num. 4. Gram. voto 19. nu. 4. et voto 20. nu. 9. et conſ. crim. 25. nu. 5. & ſuper conſtit. Regni fol. 14. nu. 6. Mantua cent. 1. num. 5. Menchellus patrocinio 10. num. 1. vbi loquitur in aſſaſſinio, Villalp. in repet. leg. 22. c. 9. nu. 9. Et licet aliqui ex prædictis uideantur loqui de ſtatutis, per quæ ſublatæ ſunt leges punientes conatũ, eſt tamen abſolutum, quòd ẽt abſque ſtatutis ita eſt generali conſuetudine totius mundi introductum, vt in ſpecie atteſtatur Ang. in loco prææallegato, & Ioſeph. Fontanellus inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 79. nu. 9. & ſeq. lib. 2. et Maranta inter eadem conſilio crimin. diuerſor. conſ. 98. circa prin. eod. vol. 2. & alij multi ex prædictis; & de conſuetudine Frãciæ atteſtatur practica Millei, fol. 50. nu. 35. et fol. 111. num. 25. Idem in ſpecie loquendo de pœna leg. Corneliæ de ſicar. atteſtatur Bar. in plurib. locis quos refert Igneus in l. 1. §. ſi dominus, nu. 6. ff. ad Sylle. in d. §. ſi vnus, poſt nu. 63. Pract. Iod. c. 67. nu. 19. & dixi ſup. hoc eod. lib. §. Homicidiũ, verſ. punitur etiam, & verſ. Vltimo quæro: Idem loquendo de pœna l. ſi quis non dicam rapere, C. de epiſc. & cler. atteſtatur Mãtua conſ. 31. num. 2. lib. 2. vbi conſuluit, quòd quidã, qui appoſuerat[g] ſcalas nocte ad domum mulieris, vt eam violaret, non debeat puniri pœna mortis, ſed alia mitiori, prout etiam iudicatum fuiſſe per conſ. Neap. refert Afflict. deciſ. 276. in quo tamen propoſito videnda ſunt ea, qua dixi ſupra q. 68. verſ. Aſcendens cum ſcalis. Adde, quod hanc eãdem opin. quod ſcilicet non puniatur conatus, niſi ſecutus ſit effectus, dicit eſſe communem Barb. conſ. 33. lib. 2. prout illum refert Apoſtil. ad Dec. in l. non vult hæres. ſub n. 4. ff. de reg. iur. Gram. voto 8. nu. 15. Et ſecundnm hanc opi. pluries vidi in Senatu iudicari, & in ſpecie de pudicitia attentata Petrus Vicarietus, qui puella nubilis lectum aſcenderat, & pectus tetigerat, neque vltra progreſſus fuerat, habita remiſſione, fuit abſolutus, 3. Iunij 1547. P. N.

2 Scias tamen, quod (ſecundum aliquos) hæc concluſio, quod conatus non puniatur, niſi ſecuto effectu, locum non habet in delictis atrociſſimis; nã[h] in illis punitur affectus, etiam quod effectus non ſequatur. Ita dicit gl. in d. l. 1. §. hæc autem verba, in verbo, Putamus, ff. quod quiſq; iur. Et hanc dicit eſſe commu. opi. Felin. in c. 1. poſt nu. 1. verſ. limita ſecũdo, de off. deleg. Didac. in d. Clem. ſi furioſus, f. 276. n. 6. Et ideò ſecundũ eos in crim. læſæ Maieſt. ac oppugnatæ patriæ, & ſimoniæ,[k] & in volente aliquẽ ueneno perimere, punitur conatus, licet nõ ſequatur effectus: Et hanc eſſe cõmunem opi. dicit Boer. de ſeditioſis, in ſeptimo præſuppoſito, nu. 42. Idem atteſtator Igneus in l. 1. §. occiſorũ. n. 41. ff. ad Syll. ſe pluries uidiſſe obſeruari in latronib. graſſatoribus,

caſ. 360. vbi ad ſaturitatẽ de hac materia tractauit. *Baiard.*

b *Reſp. quod de iure.*) Latiſſimè de hac re Menoch. de arbitr. iudic. caſu 360. Bonacoſſ. in q. crim. verb. affectus. Alex. conſ. 15. lib. 1. vbi Apoſtill. tradunt de eo, qui fuit de põte deiectus, vide Farina. vol. 5. ſuæ prax. q. 124. p. 1. & quid in pœnis ſtatutarijs ibi. par. 2. nu. 117. & in crim. læſæ maieſtat. q. 116. §. 4. nu. 152. *Roſſ.*

c *Et conatus ad delinquendum.*) Adde conatus ad delictum, quando, & qua pœna puniatur, fuſius, quã hactenus expoſitum per Menoch. de arb. iudic. caſu 360. ac etiam per Felin. in tract. de conatu. *Giach.*

d *Iudicatum in cauſa veneni.*) Contrarium ſtatim dixit infra hac eadem quæſt. ver. ſcias tamẽ poſt princ. ibi, & in volente aliquem ueneno perimere, ſup. q. 68. verſ. fin. *Drogh.*

e *Leges punientes conatum.*) Sic etiam Iaſ. in §. 1. nu. 320. inſtit. de act. in ſtatutis namque locũ non habet, l. is, qui cum telo, C. ad l. Cornel. de ſicar. Apoſt. ad Dec. in leg. Non vult hæres littera B. ff. de reg. iur. Marant. in ſuo Spec. par. 3. tit. An iudicium ſit ciuile, vel criminale, nu. 79. *Drogh.*

f *Idem loquendo de*
2 *pœna.*) Adde † videndum Peguer. in q. cri. ca. 7. vbi latè qua pœna puniendus ſit ille, qui in via publica amplectitur aliquam domicellam inuitam, & acclamantem, illius pudicitiam attentando, an pœna deportationis, per tex. in l. .. §. qui puero, ff. de extraor. crim. vel alia pœna arbitraria. *Baiar.*

g *Qui appoſuerat ſcalas.*] De iſtis ſcalis habetur etiam ſup. q. 8. ver. ſed numquid q. 60. verſic. eſt & amer, & q. 68. verſic. Aſcendens. *Drogh.*

h *In illis punitur affectus.*] Intellige de conatu proximo conſummationi, vide per Aleiatũ reſp. 28. nu. 2. tom. 2. lib. 7. & D. Fel. d. tract. col. pen & Iacob. Menoch. vbi ſupra n caſu princ. per totum. *Giach.*

i *Et ideò ſecundum eos.*)

De conatu in veneni propinatione, vide ſup. folio 30. Farin. q. 122. par. 2. n. 14. vol. 4. *Roſſ.*

K *Et in volente aliquem veneno perimere.*] Adde Bell. conſ. 52. nu. 8. ſup. in §. Homicidiũ, verſic. vltimo, & hic nota, quæ dicãtur crimina atrociſſima; quæ autem ſint atrocia, dixit ſupr. in §. 1. ibi: Reſp. ſibi videri atrocia; & adde in atrocibus, quod ſi crimen committi non potuit, non tamen ſtetit per reum, quin cõmiſſum fuerit, punitur aliquando, etiãſi ex poſt pœnituerit, ſup. q. 60. ver. fui quandoque ibi, aut loquimur in pænitentia, & in §. raptus, ver. ſed quid ad fin. Gram. deciſ. 2. nu. 21. in fi. At quomodo intelligatur ſtatutũ, ſi quis voluerit venenare, notat Crem. ſing. 50. Dec. in l. non vult hæres, nu. 4. ff. de regul. iur. ſupra q. 68. verſ. ſeipſum. Gramm. d. deciſ. 2. nu. 12. *Drogh.*

Neque

ribus, & in beneficio, & in l. ſi ſequens, §. cum ex parte, num. 10. eod. tit. refert fuiſſe capitalis ſupplicio affectum quendam nobilem, qui ſæpius conſpirauerat in necem agnati ſui proximi liberis carentis, plurieſque attentauerat illum interimi facere ueneno, & ſagitta, licet illum occidere nõ potuiſſet, & quidã forenſis, qui de mãdato alterius inſultum fecerat in quẽdã Papienſem animo eum occidendi, confeſſus delictum fuit laqueo ſuſpenſus, nullo facto proceſſu; neque[l] datis defenſionibus 25. April. 1546. Et in pluribus caſibus punitum fuiſſe conatum nõ ſecuto effecto refert Papo libro 23. tit. 10. per totũ. Sed certè videtur, quod ſecũdum alios[m] de generali conſuetudine etiam in atrociſſimis minus punitur, qui actum non perficit, licet deuenerit ad actum proximum. Et ita atteſtatur Affl. ſuper tertia parte conſtit. rubr. 24. in prin. poſt n. 15 Bertran. conſ. 228. nu. 6. lib. 7. Quinimo hanc op. dicit eſſe comm. Marſil. conſ. 105. num. 1. loquens in aſſaſſinis. Idem in aſſaſſinio atteſtatur Taeg. in pract. cri. c. 10. num. 7. & generaliter loquendo in atrocibus, in ea practica crim. c. 7. num. 2. Gram. voto 8. col. fin. prout illum refert Didac. in d. clem. ſi furioſus, fol. 276. ver. verum circa. Ego autem dico ſic:[n] Aut lex, vel ſtatutum in huiuſmodi attrociſſimis expreſſe punit ſolum conatum, & ſeruanda eſt; Aut non punit expreſſe conatum & ſtandũ eſt generali conſuetudini, vt conatus non puniatur, niſi ſequatur effectus: Et hæc opi. iudicio meo tutior eſt:[o] Nihilominus quia pluries vidi in his caſibus diuerſimodè iudicari, quandoque puniendo conatum in atrociſſimis pœna ordinaria, & quandoq; pœna contraordinaria, crederem in practica poſſe iudicem adhærere cui opinioni maluerit, inſpecta facti, & perſonarum qualitate. Conſulo tamen, vt ſemper in mitiorem partem inclinet. In his vero, quæ atrociſſima non ſunt, nullo modo debet iudex pro ſolo conatu pœnam mortis imponere, niſi id expreſſe (vt dixi ſtatuto, vel lege caueatur, & eo ẽt caſu, non niſi deuentũ fuerit ad actum proximũ, & immediatum ipſi maleficio.[q] regulariter aũt non debet iudex conatum impunitum relinquere, ſed ſemper aliquam pœnam extra ordinem infligere. Et nota, quod in illis caſibus, in quibus ille, qui deuenit ad actum proximum, non poteſt puniri pœna ordinaria, debet tamen acrius puniri pro motu iudicis, quam ille, qui deuenit ad actum remotum. Et ita tenet conſuetudo, vt dicit Bal. in l. data opera, nu. 77. C. qui accuſ. non poſſ.

8 Scias etiam, quod in omnem caſum diſpoſitio d. l. ſi quis non dicam rapere, & ſimilium, quæ expreſſe puniunt ſolum conatum, etiam non ſecuto effectu, ſemper intelligenda eſt, vt procedat, quando deuentum eſt ad actũ proximum maleficio.[r] Et eſt communis opi. vt dicit Gram. conſ. 36. nu. 19.

Neque datis defenſionibus.] Eſt tamen ſingularis caſus, nec à iudicibus inferioribus imitandus, vt dixi ſupra, quæſt. 65. verſ. fortè ad med. ibi, quam tamen practicam, & inquantum hic dicitur ad ſagittam emittente, nec occidente, adde Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. caſ. 360. ſub num. 36. in fin.

*2 Eſt autem Senatus † loco Principis dict. quæſt. 94 verſ. eſt etiam alicius modus, in princ ſup. quæſtio. 60. verſic. præterea etiam bonum eſt; Nil mirum ergo, ſi Senatus tali modo procedere poteſt. Hodie tamen ſtãte decreto Regio emanato de an. 1581. 17. Aprilis, §. *ſotto colore dell'arbitrio*, in fine; Neſcio, an ita procedat, de quo decreto mentionem feci pluries ad quæſtio. 78. verſic. quæro ſi bona. maximè cum dictum decretum expreſsè non deroget prærogatiuæ Senatui datæ, vt poſſit procedere ſola facti veritate inſpecta, adeò quod iudicat idem Senatus, vt Princeps, de qua prærogatiua dixit in d. q. 78. verſic. ſed quæro in fine. In atrociſſimis, quòd ita procedat Senatus dixi ſupra in §. 1, verſic. ſunt etiam ad finẽ; Durum eſt tamẽ ſic exequi, cum nec Princeps ipſe poſſit tollere defenſiones, vt eſt ſupra q. 31. verſic. Itẽ adde in fin. & verſic. quæro nunc in fin. q. 49. & ad hoc vide dictum Decretum in fine præſentium additionum cum ijs quæ ibidẽ annotaui. Hodie tamen etiam contra non cõfeſſum vtitur Sẽt. in atrociſſimis reſcribendo hoc modo; Denunciata prius reo morte, illum torqueatur, & hoc fortaſſe, vt mortis futuræ metu magis vi tormentorũ confiteatur. *Drogh.*

m *De generali conſuetudine.*) Farinac. qu. 145. §. conatus, numero 213. volumine quinto. *Roſſ.*

3 *De generali conſuetudine.*) Adde † vt per Ioſ. de Ludou. in deciſ. Peruſ. 30. nu. 3. *Baiar.*

n *Aut lex, vel ſtatutum.*) Adde huic diſtinctioni, quæ voluit Dec. & ibi Apoſt. in littera B. in l. non vult hæres, numero 7. de reg. iur. indiſtinctè autem, qui ſe ad ſtratam ſeſe cõtulerint, non tamẽ derobauerint: quia nec commoditas, nec caſus euenerit, non puniantur, tenuit Bonif. de Vitalin. de malef. tit. de furib. & latr. in princ. fol. mihi 312. *Drogh.*

o *Nihilominus quia*
4 *pluries.* Adde, quod ſolitus cõmittere aſſaſſinia, & ſimilia delicta atrocia poterit morte puniri ex ſolo conatu dato, quod non ſit ſecutus effectus, Gramm. vot. 9. num. 22. cum ſeq. *Baiar.*

p *Regulariter autem.*) Conatũ aliqualiter per iudicẽ puniri debere Farinac. q. 145. § conatus, nu. 212. *Roſ.*

Regulariter autẽ) Ad-
5 de, † quod conatus in leuibus delictis, vt eſt, quãdo pœna eſt pecuniaria, non eſt cõſiderabilis, nec punitur aliqua pœna ordinaria, vt per Rim. iun. in conſ. 695 nu. 10. volu. 6. *Baiar.*

q *Scias etiam.*) Adde viden. Corn. in cõſ. 202. col. fi. vol 1. Gram. vot. 9. & omninò Dec. in tract. cri. li. 9. c. 3. n. 38. to. 2. Alciat. conſ. 28 n. 2. to 2. li. 7 et Men. de arb. iud. caſ.
6 360. in 2. caſu princ. † quibus in loc. habetur, quando quis dicatur deueniſſe ad actũ proxi. vide ẽt quæ poſui ſupr. in § aſſaſſinium, verſ. Scias etiam, *Baiard.*

r *Et eſt communis opinio.*) Adde, † videndũ Ioſeph. de Lud. dec. Peruſ. 50. num. 3. *Baiard.*

QVÆST. XCIII.

Sententiæ criminales, quemadmodum proferri debeant.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *De forma ſententiarum criminalium. Et an prounnciari debeant ab ipſomet iudice, ibid.*
2 *Et an in ſententijs criminalibus iudex teneatur exprimere cauſam.*
3 *Et an valeat ſententia Condemno Titiũ in centum, quæ ſi nõ ſoluerit, amputetur ei manus.*
4 *Et quid ſi iudex condemnat reum in maiori ſumma, quam ſtatutum diſponat, an ſententia ſit nulla.*
5 *Et quid ſi iudex appoſuerit clauſulam, Saluo, & reſeruato.*

Ex Additionibus.

1 *Proceſſus primus deperditus, ſi poſt confeſſionem ſecundi reperiatur, & diuerſi ſint, quis eorum ſit attendendus.*
2 *Et quid ſi reperiatur poſt ſententiam:*
3 *Et quid ſi iudex diceret, non fuiſſe iudicatum.*